



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1849**

XIII. Privilegium des Rathes zu Brietzen für die dortigen Gewandschneider, am 13. Dez. 1335.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54022)

Anno d. m°. cccc°. vii°. hii Schabini presiderunt hans Lüffow, Benedictus Heynstorpp, hans hoppen, Jurgen Smet, hans Roytz, hans molner, Jacob Schulten.

Gorus Kuckugk dy maket sinem eliken wiffe gertrud genant vi schogk thu vorne uth fynen reiften guderen — in Medeborg. Rechte.

Andreas Jacob dy hed gegeuen sinem eiliken wiffe agnisse gnant al fyn gudere von der hant dye he nu hed in standeger in liggenden grunde bewogen vnd vnbewogen.

A. d. m°. cccc°. lviii Michael Belitz — incepit regere.

Mit diesem Jahre endet das Schöppenbuch.

### XIII. Privilegium des Rathes zu Brieggen für die dortigen Gewandschneider, am 13. Dez. 1335.

In nomine domini Amen. Cum rerum gestarum certissima comprehensio sit scriptura, que de ferie verborum in ipsam redactorum nichil auget nichil minuit nichil mutat. Nos igitur consules tunc temporis civitatis Brizna videlicet Nicolaus Dictus Iemen Theodericus Pruzeken, Nicolaus molner, Conradus dictus Crappo, Martinus proprie Dyke Dictus et Petrus Cemplin recognoscimus presencium per tenorem publice profitendo, quod ex matura deliberatione nostra prehabita et cum consensu omnium nostrorum civium statuimus admittimus et presentibus admittimus fieri quandam communitatem operis seu commune opus fartorum quod gulde nuncupatur conditionibus subjectis hinc inde interclusis, quod videlicet nemo se in posterum presumat intrmittere de ipsorum officio, nisi connexione debita prius cum ipsis officiatis facta, pro qua connexione dabitur una media marca adjecto talento cere, cujus pecunie seu marce debet una media id est ferto fartorum et alia pars residua hoc est alterus ferto civitatis cedere debet in usum, interposito, quod persona, (que) recipitur, sit commendabilis et famosa. Arbitrati sunt insuper autem notati factores tollere et fumere de communi incisione excepta gamaratica singulares pecunias et decem marcas de simplici tunica viri cujuscumque panni cujuscumque coloris excepto pulchro panno quinque denarios de tunica femine aut domine simplici septem denarios de pallio duplicato viri septem denarios de capucio simplici d. de caligis d. et de pallio domine simplici septem denarios, Item de pallio pulchro femine aut domine simplici unum grossum de tunica simplici unum grossum de habitu parvulorum tollant sicut decet Et insuper si super ista aliquis pannum suum incidere aut immutacione quacumque immutare aut variare voluerit se cum officiatis componat aut concordet. Hoc autem arbitrium aut arbitralis condicio tam diu stabit et durabit quo usque denarius suo valore hoc est grossus solidus manebit: qui si inmutarentur, postea se cum consulibus super ista concordabunt et in amplius ad institutionem et confirmationem istorum seu illius dabit unusquisque guldorum seu fartorum singulis annis j solidum, quem consulibus prefixo tempore et festo pasche presentabit: et si quis edificacionem seu institutionem gulde intra eorum seu extra eorum frangere seu infringere curaverit i fertonem perdat et amittat, Cujus mediam partem Consules et mediam partem factores tollant pro emenda, Et preterea universi et singuli pueri ipsorum qui in ipsa institutione guldorum postmodum nati fuerint vel ortum traxerint, ipsius confirmacionem et confirmationis institutionem cum XIII denariis tenentur querere. Ut hec prescripta rata omnia maneant

et inconvulsa iussimus et dedimus presentes litteras nostre civitatis cum sigillo et nostrarum omnium prescriptorum sub testimonio communiri et firmari. Actum et datum anno domini M. CCCXXXV<sup>to</sup> in die lucie virginis et martiris gloriose: preterea unusquisque factorum debet in sua domo scindere et facere et confuere et operare in quantum voluerit, prout commendabile fore videbitur et condignum.

**XIV. Herzog Rudolph von Sachsen bestätigt den Calandsaltar zu Brieggen, am 25. Jan. 1337.**

In nomine Domini amen. Rudolfus Dei gratia dux Saxonie Angarie Westphalie, Comes in Bren Sacrique Imperii Archimarschalcus, — ob reverentiam Dei omnipotentis genitricisque sue Beate Marie Virginis et omnium sanctorum in nostre anime et progenitorum nostrarum omnium remedium salutare, maxime ut divinus cultus per amplius augeatur, appropriavimus et in presentibus appropriamus altari dedicato in honorem Beate Marie Virginis et Beati Johannis evangeliste in ecclesia parochiali Beate Virginis in Bryzzen fundato per fratres Calendarum ibidem bona infra scripta. Videlicet in villa Schonefelt quatuordecim modios filiginis, sex modios ordei et duodecim modios avene parve mensure cum sex follidis denariorum et quatuor denariis, Item pullos fumigales dictos Rouchhunre ac decimam carniū ibidem super duobus mansis, In villa Nyendorf unum chorum filiginis, sex modios avene cum sex follidis denariorum, item decimam carniū cum pullis fumigalibus ibidem super duobus mansis. In villa Wytbryzzen triginta duos modios filiginis, cum octo follidis denariorum, item decimam carniū et pullos fumigales ibidem super quatuor mansis, Item super mansis dictis Morkewitzer Hufen sitis in campis civitatis Belitz decem et octo modios ordei cum duobis follidis denariorum, Item in thelonio civitatis Bryzzen duo talenta denariorum, duobus follidis et sex denariis minus. Item super stupa beate virginis ibidem duo talenta denariorum, Item super mansis dictis zernowesche hufen viginti duos modios cum modio avene sitis in campis civitatis ejusdem, et in villa Werbek sita prope civitatem Bryzzen predictam decem modios avene perpetuis temporibus duratura. Precariam vero et servicia ac alia nostra jura nobis, heredibus ac successoribus nostris in premis bonis reservantes et precipue jus patronatus predicti altaris, quod nos et heredes seu successores nostri cum vacaverit uni de predictis fratribus calendarum conferre debemus. Testes hujus rei sunt Rudolfus et Otto filii nostri, Comes Albertus de Anhalt gener noster, Loferus de Refelt, Hartmannus Mager, Martinus Wolf, milites, Johannes prepositus in kernerik tunc temporis nostre curie prothonotarius, Hermannus Jertitz, Otto de Bufow, noster notarius, atque plures alii fide digni. Vt autem hujusmodi nostra appropriatio per nos rite facta inconvulsa perpetue perseveret, presentes litteras nostras desuper scribi fecimus et appensione sigilli nostri firmiter roborari. Datum Wittenbergk anno Domini Millesimo Tricentesimo tricesimo septimo, die Conversionis Beati Pauli Apostoli.